

806.

DISSE^mRATI^o INAUGURALIS
JVRIDICA 1732, 1.
CONTINENS ANALYSIN
L. 13. Cod.
ARBITRIUM TUTELÆ, 16
QUAM
Ex Decreto Illustris Fac. Juridicæ
IN REGIA UNIVERSITATE
ARGENTORATENSIVM
SINE PRÆSIDE
PRO LICENTIA
Summos in Utroque Jure honores &
Privilegia Doctoralia rite
CONSEQUENDI,
SOLENNI Censuræ subjicit
Ad diem 29. Novembris Ao. M D CC XXXII.
LUDOV. MATTHIAS MAIRE,
VICENSIS.

ARGENTORATI,
Literis GEORG. ADAMI PIESCKERI, Univers. Typeogr.

**DEO,
PATRIÆ,
PARENTIBUS,
PATRONIS
ET
AMICIS.**

809.



DISSERTATIO INAUGURALIS
CONTINENS
ANALYSIN LEGIS ULTIMÆ
COD. ARBITRIUM TUTELÆ.

Theſ. I.

Utorum curato-
rumque officium in e-
ducatione pupilli, ejus-
que negotiorum & re-
rum gestione conſtitit.
Antequam autem illud
exercere ac tutulam vel curam admini-
ſtrare poſſint, quædam neceſſario præ-
A 2 d̄re

dere debent, nempe : I. *Decretum* magistratū seu ejus confirmatio *vid. tit. de administr. tut.* II. *Juramentum* quo promittunt se ea facturos, quæ sunt utilia, & omissuros inutilia. *Nov. 72. c.f.* III. *Satisdatio*, per quam cavetur rem pupilli salvam fore *l. 4. p. I. ff. rem pup. sal.* Hęc de jure Civili adeò necessaria est, ut si ea omissa sit, omnia à tute vel curatore facta sint ipso jure nulla *l. 3. C. de tut. &c cur. qui satis non dedit.* Moribus verò nostris & ex consuetudine hęc cavendi necessitas non attenditur, sed pupilli vel adulti statim à tempore susceptae tutelę tacitam in bonis tutorum vel curatorum habent hypothecam.

Thes. II.

IV. Denique tutelę exercitium præcedere debet *Inventarii confectio*, sine qua administratio recte suscipi & geri nequit
l. 1.

— 5 —

*l. 7. ff. de administr. & peric. tut. vel cur.
quia synopsis bonorum est. l. 5. & 11. ff.
de rebus eorum qui sub tut. &c. De cuius
etiam necessitate l. ult. C. arbitr. tutel.
mentionem facit, quam ita permittente
illustri facultate Juridica paucis enucleabo.*

Thef. III.

3

Autor hujus constitutionis, quæ una
ex quinquaginta novis decisionibus, ipse
Imperator *Justinianus* est, & rescripsit eam
anno 530. Juliano Praefecto Prætorio.
Continet autem duas partes quarum

I^{ma} agit de assertione tutoris, qua
plus in bonis pupilli vel adulti esse dicit,
quam revera est.

II^{da} vero tractat necessitatem in-
ventarii, antequam tutor rem pupilli
attingat.

A 3

Thef. IV.

• 6 (६)

Theſ. IV.

Primæ quæſtionis casus hic eſt.
Titius fulcipur tutelam vel curam Mevij,
& in administratione ejus bonorum aſſer-
rit majorem ad eſſe quantitatem patrimo-
nij pupilli vel adulti, quæ tamen revera
non reperitur. Quæritur itaque, an af-
ſertio hæc tutori vel curatori noceat &
veritati præjudicet?

Theſ. V.

Respondit ad hanc quæſtionem
Justinianus diſtinguendo: vel confessio
hæc tutoris facta eſt cítra inventarium vel
in inventario. Priori caſu aſſertio non
nocet tutori neque veritati præjudicat,
posteriori vero, ſi ſciliſet res suas inventa-
rio publico ceu res pupillares vel adulti in-
ſcribi

17 (१७)

scribi curaverit, tunc præjudicat tutori
confidenti.

Theſ. VI.

Ratio decisionis defumi potest ex eo.
 1) Quia confessio verbalis facile per contrariam probationem revocari potest, & non tam valida est, quam ea, quæ in scripturam publicam redacta: Ex hac enim vi publicæ autoritatis contra tutorem datur præsumptio juris & de jure, & ideo tutori confidenti maximum afferetur præjudicium, ita, ut non possit contraria probatione uti, sed res inventario adscriptæ pupillo vel adulto relinquantur.
 2) Videtur: tutorem res inventario publico insertas pupillo tacite donasse, quia, ut lex ait, simplex imo stultus homo esset,

ſi alii-

8


si aliquid contra se in publico inventario
scribi patiatur.

Theſ. VII.

Obijcitur autem 1) quod legibus
naturalibus & æquitati repugnet alterum
alterius damno locupletiorem fieri. Sed
respondeo: Utique injustum esse si id fiat
invito altero, secus vero si volente, huic
enim non fit injuria. Sic etiam Tutori
vel curatori, si ipse sciens afferit majorem
pupilli vel adulti adesse patrimonii sub-
stantiam, non fit injuria.

Theſ. VIII.

2do Obijcitur: quod Tutor justo
errore potuisset moveri ad credendum
rem



rem esse pupilli, quia error etiam in proprio facto, præsertim si causam justam habeat, solet in damno vitando non obesse l. 22. ff. de Cond. indeb. Respondeatur: Lex hæc non ita interpretanda est, si scil. tutor ex justo errore res suas inscripsit, sed si fraudulenter vel scienter ob simulationem v. g. ut adultus eò facilius ditiorem uxorem reperiret, vel ob alium similem finem majorem summam constetur: hoc enim casu hujusmodi confessio præjudicat veritati, nocetque tutori.

Theſ. IX.

Secundæ partis casus hic est. Caji tutela vel cura Sempronio delata est, qui ea suscepta statim ad bonorum administrationem, antequam adhuc inventarium
B

578

— 10 —

rium rerum pupillarium confectum, pro-
greditur. Quæritur, an tutelæ vel curæ
gestio tutori competit, etiam si inven-
tarium solenniter factum nondum præ-
cedat?

Thef. X.

Inquit Justinianus: Tutorem vel
curatorem res pupillares vel adulti neque
attingere, neque ullam sibi communio-
nem ad eas vindicare posse, nisi prius in-
ventario publicè facto secundum morem
solitum res ei tradantur. Quapropter &
ante ejus confectionem gesta ipso jure
nulla sunt. Quod si verò nihilominus
inventarium confidere recusaverit aut ne-
glexerit tutor, dolo id fecisse præsumatur,
& non tantum pupillo teneatur ad omne
interesse, quod jurejurando in litem æsti-
matur,

---) II (---

matur, sed etiam ut suspectus ab officio
removeatur, ac perpetua infamiae macu-
la notetur.

bonip. administratio

inventarii. mutatio. mutatio. mutatio.

mutatio. mutatio. mutatio. mutatio.

Theſ. XI.

8

Ratio decidendi hæc est, quia sine
inventario administratio bonorum recte
fuscipi & geri nequit *l. 7. ff. de admin. &
peric. tut. & cur.* Qui enim rationes ad-
ministrationis suæ reddere vel res aliquas
restituere tenetur, pro basi & fundamen-
to habere debet inventarium *l. 72. e. 2.
ff. de cond. & demonstr.* Sic chirographis
incendio exustis debitores nihilominus
ex inventario conveniri possunt. *l. 57. ff.
de admin. & peric. tut. vel cur.*

B 2

Theſ. XII.

Thef. XII.

Dubitari autem posset, quod quemadmodum secundum hodiernam praxin necessitas conficiendi inventarium bonorum pupillarum locum non habeat in patre legitimo administratore, qui nullam malæ administrationis suspicionem contra se habet, ita quoque exactissimæ fidei tutor, omnisque sceleris purus homo à confectione inventarij liberari, & loco hujus jurata specificatio admitti possit. Sed respondeatur: Ratio reperitur differentiæ in patre & extraneo tute: ille enim secundum communem DD. opinionem rationibus reddendis obnoxius non est, hic verò ad eas præstandas teneatur.

Thef. XIII.

amplius manus 13. illi eiusmodi ius olliquum
Theſ. XIII. ordinatio illiquum

Objicitur porrò, quod si ante conditum inventarium tutor nihil administrare possit, etiam illa, quæ moram non admittunt, ante ejus confectionem gesta ipso jure nulla essent. Respondeo: Casus hic, qui dilationem non patitur, & ubi res, nisi peragantur, alias periturae essent, excipitur, ut & ille, si testator remiserit confectionem inventarii. Quæ tamen prohibitio testatoris de solennitate publica, qua inventarium olim conficiebatur; ne scilicet secreta patrimonij aut suspectum æ alienum pandatur, l. 2. C. de alim. pup. præst. vel paupertatis detegatur vilitas. Minime vero remissio inventarij à testatore facta pertinet ad privatam bonorum consignationem, quæ præsente pupillo

418

...) 14 (...

pupillo aut cognatis fit, & quam utilitas
pupilli omnino exigit.

Theſ. XIV.

¶ Inimicis Iudex ex causa vel noviter superveniente, vel testatori incognita, vel utilitate pupilli ita suadente, non obſtante testatoris prohibitione, confectionem inventarji tutori nihilominus mandare potest: nam in causis pupillaribus judeſ magis ad pupilli utilitatem, quam testatoris voluntatem respicere debet, l. 8.

l. 10. ff. de Confirm. tut.

T A N T V M.



COROL-

075

• 15 •

COROLLARIA.

I.
Tutela ratione originis re-
ctè juris naturalis dici
potest.

II.

*Verba in definitione tute-
læ, in capite libero, ad pupil-
lum referenda sunt, non verò
ad Tutorēm.*

III.

*Is qui transfugit ad hostes,
Tutor non manet.*

IV.

IV.

Pupillus sine tutoris autoritate naturaliter obligatur, etiamsi locupletior factus non sit.

V.

Hodie nulla differentia est inter autoritatem tutorum, & consensum curatorum.

VI.

Tutores vel curatores propter latam culpam remoti non sunt infames.

VII.

Sumptus studiorum sunt iusta ac necessaria alienandi res pupilli immobiles causa.

Straßburg, Diss., 1723-39

ULB Halle
002 491 648

3



4
Sb.

Farbkarte #13

	Blue	Cyan	Green	Yellow	Red	Magenta	White	3/Color	Black
Centimetres	1	2	3	4	5	6	7	8	9
Inches	1	2	3	4	5	6	7	8	9
8									
7									
6									
5									
4									
3									
2									
1									

B.I.G.

808. *il nra*

INAUGURALIS
DICA 1732, 1.
ANALYSIN
Cod.
I TUTELÆ, 16
A M
ris Fac. Juridicæ
IVERSITATE
TENSIVM
ÆSIDE
CENTIA
Jure honores &
itoralia rite
ENDI,
ensuræ subjiciet
Ao. M D CC XXXII.
HIAS MAIRE,
S I S.
ORATI,
SCKERI, Univers. Typogr.